



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De VVigero milite, qui à Saracenis occisus est, cap. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

cū de salute quotidie moneret, omnia neglexit, moriēs impōnitēs: alter verò semimortuus, oleo misericordiæ, & vino pēnitētiæ, veri Samaritani cōfotus, de stabulo transiuit ad palatiū. Et est in his impletum scriptura dicit: Cui vult miseretur, gratiam infundendo; & quem vult indurare, gratiam non apponendo.

CAPVT XXIII.

IN diœcesi Traiectensi miles quidam extitit nomine Wigerus, in actibus militiae nominatissimus, in prima expeditione Dei munere compunctus, cruce signatus mare transiuit, tam fortiter & tam instanter Saracenos impugnans, ut tam Regi Ierosolymano quam cæteris Christianis dilectus esset & acceptus, & inimicis Christi nimis odiosus. Qui cū per annum integrum Saluatori ibidem strenue, ut dictum est, militasset, & repatriare cogitasset, die quadā in oculis eius in conflictu seruus eius occisus est, cuius animam in specie columbæ cœlos videns penetrare, compunctus de visione, dicebat intra se: Quid agere proponis ô miser? si reuersus fueris, vitia reperies dimissa, & erunt nouissima tua pejora prioribus. Ex tunc fortius agens solito, die quadam conflictum intravit, & occubuit, cuius caput Saraceni præcedentes, cum multa gloria circūtulerunt; Christiani verò, corpus rapientes atque sepelientes, Ecclesia super ipsum fabricauerunt.

CAPVT XXIIII.

Circa illa tempora, Theodericus de Rulant, vir potens & diues, deuotionis gratia profectus est Ierosolymam. Prostratus ante sepulchrum Dominicum huiusmodi fudit orationem: Domine Iesu Christe, qui omnia nosti, si non habeo me emendare à vitijs pristinis, non me permittas redire in terram meam, sed ut hīc mihi mori liceat concede. Audiuit hanc orationem aliis miles, compater eius, & ait: Ora nisi ne bene hodie compater? Etiam, inquit, dicete illo: Et cui vultis dimittere vxore & liberos vestros? Respōdit Theodericus: Melius est ut illos defera, quam animam meam perdā. Quid plura? Exaudita est oratio